



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Secunda Secundæ Et Tertia Pars Divi Thomæ Complectitvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores, & praxim spectantes, maximè circa
Sacramenta, accuratè declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1664

Disputatio XIII. De supernaturalitate actus & habitus Fidei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13826

DISPUTATIO DECIMA-TERTIA.

De supernaturalitate actus & habitus Fidei.

ENTIS supernaturalis naturam & proprietates Tomo precedente, Disputatione duodecima fuse discussi, & in quo essentia eius sita sit ostendi, hujus proinde difficultatis tractatione in presenti supersedendum existimo. Cum vero tam habitus quam actus Fidei divina, ob summam inter ipsos connexionem, eadem sit ratio, de utroque hic agemus, ambosque in substantia supernaturales esse probabimus, in quocunque demum supernaturalitatis conceptus constituantur, quod ad presentem questionem parum arbitror interesse: imò qui in entis supernaturalis natura ac notione plurimum inter se dissident, in hac tamen positione stabilienda, actum scilicet & habitum Fidei esse supernaturales, mira consensione conspirant, ut hujus discursus Disputationis constabit.

SECTIO PRIMA.

Vtrum actus Fidei sit supernaturalis.

I. Supernaturale quoad substantiam, & quoad modum.



D hujus resolutionem questionis notandum, ens supernaturale duplex esse, quoad substantiam, & quoad modum. Ens supernaturale quoad substantiam illud est, quod nunquam naturæ viribus fieri potest, ut visio beatifica, unio hypostatica, & alia quæ directè & per se ad hæc duo ordinantur, in quo, Tomo precedente, Disp. 12. entis supernaturalis essentiam statuimus. Ens supernaturale quoad modum est, quod quamvis in se, & quoad entitatem, naturæ vires non excedat, in his tamen circumstantiis est præter omnem naturæ exigentiam. Sic visus caeco restitutus ejusdem rationis est cum visu quem antea habuit, imò esse idem numero posset, & tamen ejus restitutio est quoad modum supernaturalis, nullæ siquidem naturæ vires hic & nunc eam exigunt, nec efficere possunt.

II. Certum est aliquem Dei favorem ad quædam mysteria credenda esse necessarium.

Inprimis certum est, sine Dei revelatione non posse nos ad quorundam mysteriorum Fidei, ut Trinitatis, Incarnationis, &c. cognitionem pertinere, & hoc sensu non possumus solis naturæ viribus sine aliquo favore seu gratiæ à Deo nobis præstitæ hæc mysteria credere. Neque hoc negabat Pelagius, ejusque sequaces, sed gratiam legis & doctrinæ ad credendum necessariam esse affirmabant.

III.

Ulterius certum est, ad credendum sicut oportet ad salutem consequendam, aliquam aliam gra-

tiam præter hanc requiri. Hoc in Concilio Aratino secundo can. 5. & sequentibus, ac Tridentino sess. 6. can. 3. contra Pelagium est definitum, qui Fidem, quæ totius spiritualis ædificii est fundamentum, & de qua dicit Apostolus ad Hebræos c. 11. v. 6. Credere oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit; solis naturæ viribus haberi posse asserbat. Definitum insuper hoc idem est contra Semipelagianos, seu Massilienses, qui Pelagii reliquæ vocabantur: hi namque, ut Tomo precedente, Disp. 113. dum de necessitate gratiæ, fusiùs declaravi, quamvis gratiam ad salutem absolute necessariam esse dicerent, initium tamen salutis solis naturæ viribus tribuebant, & inchoationem quandam, seu conatum in nobis præcedere affirmabant, nempe vel actum naturalem Fidei, aut orationem merè humanam, vel quid simile, per quod nos gratiam promereri docebant. Hunc etiam errorem latè impugnarunt Sancti Patres, S. Augustinus, S. Prosper, S. Fulgentius, & alii: nec opus est ei pluribus hic insistere, cum eum latè confutaverim loco proximè citato. Quare inter Doctores omnes Catholicos constat, in actibus salutis adeptioni necessariis requiri, ut sint aliquo modo supernaturales, seu tales, ut solis naturæ viribus elici nequeant, sed concursum aliquem Dei extraordinarium exigant, quamvis in hac exigentiâ declarandâ non levis sit inter eos dissensio.

Ad credendum sicut oportet ad salutem, specialis aliqua gratia requiritur.

Massiliensium error circa Fidem, & initium salutis.

Hunc errorem fuisse impugnant Patres.

Quidam ergo peculiarem hunc concursum non ad actum illorum substantiam requirunt, utpotè quos in entitate naturales esse volunt, sed ad modum quendam in iis repertum, et si hunc modum non eadem omnes ratione explicant. Scotus

IV. Dicunt nonnulli actum Fidei non esse supernaturalem quoad substantiam, sed quoad modum.

SECTIO SECUNDA.

Actus Fidei ad salutem necessarius, est in substantiâ supernaturalis: Vbi etiam de differentiâ ex parte objecti formalis.

DICENDUM itaque, Actum Fidei sicut operet, seu qui conducit ad salutem, esse in substantiâ supernaturalem: ita Suarez lib. 2. de gratiâ, cap. 4. Molina in Concordiâ, artic. 13. Disp. 7. & 8. Vasquez 1. 2. Disp. 184. Lugo hic, Disp. 9. Sect. 2. & alii passim, videturque expressa mens S. Thomæ hic, quæst. 6. art. 1. & 1. 2. quæst. 109. art. 1. & alibi, ut ostendit Suarez lib. 2. de gratiâ, cap. 5. num. 4. Sanctum Thomam sequuntur Alvarez de auxiliis, d. 65. & reliqui Thomistæ. Idem docet Curiel 1. 2. quæstione 109. articulo 1. Turrianus Disp. 46. Sectione tertiâ, estque communis hodie sententia.

Hanc conclusionem probant aliqui; etsi enim inquirunt, idem objectum materiale, restitutio scilicet alieni, tam ab actu naturali, quam supernaturali attingi possit, semper tamen volunt differentiam aliquam reperiri ex parte objecti formalis motivi, ita ut actus supernaturalis aliquid semper diversum ex parte motivi seu objecti formalis habeat, quod non habet actus naturalis: ita Vasquez hic, Disp. 86. cap. 6. Turrianus opusc. 2. de gratiâ, Disp. 8. dub. 8. & opusc. 13. dub. 3. Tannerus tom. 3. Disp. 2. quæst. 2. n. 71. & omnium acerrimè Suarez tom. 4. in 3. partem, Disp. 3. Sect. 6. & libro 3. de gratiâ, cap. 11. Hi, inquam, omnes affirmant, omnino necessarium esse in actibus naturalibus & supernaturalibus diversitatem aliquam assignare ex parte objecti formalis.

Hanc tamen rationem impugnavi tomo præcedente, Disp. 114. Sect. 3. Dico itaque nullam esse necessitatem ut actus virtutis naturalis & supernaturalis distinguantur ex parte objecti, sed utraque ex eodem planè objecto formali, seu motivo, circa objectum aliquod materiale veritari potest. Sæpè tamen ex parte objecti formalis invenitur inter eas diversitas. Hoc secundum constat apertè, sicut namque sunt motiva, seu objecta formalia naturalia, ita & supernaturalia; nil ergò vetat, quin actus naturalis tendere possit in motivum naturale, supernaturalis in supernaturale.

Prima itaque conclusionis pars, actum scilicet naturalem & supernaturalem in idem objectum formale tendere ex naturâ suâ posse, probatur; objecta quippe supernaturalia, gratia scilicet, visio beatifica, unio hypostatica, &c. cognosci possunt actu naturali: si enim quis rerum supernaturalium planè ignarus, Ethnicus exempli gratia, fidelem aliquem dicentem audiat, Deus benè in hac vitâ agentibus, & in gratiâ decedentibus, quæ eximia quædam & supernaturalis qualitas est, dat visionem beatificam, quæ etiam est quid supra omnes naturæ vires, Ethnicus, inquam, hoc audiens, & gratiæ & gloriæ habet apprehensionem naturalem, sed secundum omnes harum etiam dari potest apprehensio supernaturalis, ergo & dari de iisdem poterunt duo judicia, naturale alterum, alterum supernaturale,

I.
Actus Fidei divina est supernaturalis quoad substantiam.

II.
Afferunt nonnulli dari in actibus differentiam ex parte objecti formalis.

III.
Virtus naturalis & supernaturalis sæpè non differunt ex parte objecti formalis.

IV.
Ostenditur actum naturalem & supernaturalem non distinguunt semper ex parte objecti formalis.

Gratia & gloria dari potest apprehensio naturalis & supernaturalis.

Scotus tum hic, tum in 1. d. 17. q. 2. & in 4. d. 49. q. 11. dicere videtur hunc modum consistere in majore intensioe actus, quam haurit ab habitu Fidei, quamvis actus in suâ substantiâ sit naturalis. Sed contra, intensio siquidem actus, ejusdem planè ordinis est cum actu ipso, nec aliud ad eam requiritur quàm major conatus potentie & concausarum naturalium, ergo si ad actus substantiam concursus ille Dei sit naturalis & debitus, ad intensioem non erit supernaturalis & indebitus. Contra secundò: Concilia namque & Patres docent, actum Fidei supernaturalem necessarium esse ad salutem, nulla tamen certa intensio ad hoc ab iis requiritur, sed modò actus sit propter divinam auctoritatem debite elicitus, quantumvis remissus sit, sufficit juxta illos ad hoc intentum.

Supernaturalitas non consistit in majore actus intensioe.

V.
Alia modo declarandi supernaturalitatem quoad modum.

Alio modo procedit Caietanus 2. 2. quæst. 171. art. 2. ad 3. ubi duo actuum genera distinguit; quidam enim, inquit, supernaturales sunt in genere entis, ut visio beatifica, de qua & similibus dictum est numero primo. Alios tamen ait esse actus, ut Fidei, Spei, & Charitatis, qui non in entitate seu substantiâ, sed tantum in genere moris sunt supernaturales. Quoad entitatem ergo docet hos actus solis naturæ viribus elici posse; ut tamen, inquit, sint supernaturales, seu meritorii (utramque enim hanc rationem confundit) debent ab habitibus infusis procedere, à quibus dignitatem hauriant, & proportionati reddantur ad salutem consequendam.

VI.
Ex habitibus infusis præcisè actus non redduntur supernaturales.

Hæc tamen sententia nullo modo est probanda; si enim habitus supernaturales dignificare possint actus in substantiâ naturales, dignificare eosdem poterit gratia habitualis, quæ subiectum ipsum gratum Deo reddit, & visione beatificâ, seu gloriâ dignum, ergo ad hoc munus non est opus habitibus supernaturalibus: nec minis digni essent hi actus si elicerentur per auxilium extrinsecum. Deinde habitus supernaturales seu infusi, sunt ex naturâ suâ operativi, & ad horum actuum efficientiam ordinantur, unde actus isti sunt in entitate supernaturales, quod enim petit principium supernaturale, supernaturale sit necesse est, si enim intra naturæ limites contineretur, principium ei naturale sufficeret.

VII.
Non consistit supernaturalitas actus in illius facilitate.

Tandem quod dicunt Durandus, Paludanus, Gabriël, & alii, modum scilicet hunc supernaturalitatis situm esse in majoro actus facilitate, non subsistit; quantumvis namque actus aliquis cum difficultate eliciatur, conducit nihilominus ad obtinendum beatitudinem, imo quò major in eo eliciendo est difficultas, eò meritum frequentè est majus. Deinde Concilia & Patres gratiam & auxilium supernaturale requirunt ad hos actus, non faciliter, sed simpliciter eliciendos: in hoc etiam juxta omnes, habitus supernaturales seu infusi distinguuntur à naturalibus, quod illi dent simpliciter posse, hi faciliè. Manifestum itaque videtur non ad solam actus facilitatem, sed ad ipsam ejus entitatem ac substantiam dari habitus infusos. Hæ præcipuè rationes sunt supernaturalitatem quoad modum in actibus declarandi: alias minoris momenti, quæ passim videri possunt in auctoribus, omitto.

Habitus naturales dantur facile posse, supernaturales simpliciter.

Tom. II.

ergo actus Fidei naturalis & supernaturalis habere possunt idem motivum, seu objectum formale. Et idem dicendum de actibus voluntatis.

V. Ratio à priori cur actus naturalis & supernaturalis differant, potest esse eadem.

Ratio autem à priori hujus conclusionis est, quamvis enim actus specificentur ab objectis, non tamen ab iis specificantur solis, sed aliunde etiam naturam suam & specificationem desumunt: sicut enim in rebus physicis duæ actiones diversorum specie agentium circa eundem terminum (Solis exempli gratia & ignis circa calorem A, qui, ut suppono, ab utrovis sigillatim produci potest) sunt specie diversæ ratione principiorum, quæ specificè distinguuntur, quamvis terminus, quem respiciunt & producent, sit idem, hoc ipsum inveniri potest in actionibus notionalibus, seu actibus intellectus, idem objectum representantibus, sicque actus naturalis & supernaturalis, licet terminentur ad idem objectum formale, possunt nihilominus ratione principiorum, seu causarum, quas connaturaliter petunt, specie distinguui.

VI. Declaratur quo pacto una cognitio circa idem objectum possit esse speciosa & insensibilis.

Res hæc declaratur exemplo in agentibus naturalibus reperto: duo namque actus intellectus, quos habent duo Angeli specie distincti de eodem objecto, specie distinguuntur ob specialem ordinem, seu relationem, quam singuli dicunt ad suum principium, entitatem scilicet vel intellectum Angeli, à quo eliciuntur. Eodem ergo modo, quantumvis actus Fidei naturalis & supernaturalis tendant in idem objectum formale, possunt nihilominus distinguui specie ex diversitate principii quod respiciunt, & à quo postulantur produci, nempe actus naturalis nudum hominis vel Angeli intellectum, supernaturalis verò habitum Fidei infusum, à quo simul cum intellectu procedit; hinc enim clarè constat diversum specie prædicatum intrinsicè in uno actu relucere, qui non relucet in alio, exigentiam nimirum diversi specie principii, & actum illum, qui per se petit principium supernaturale, nec unquam existere potest ex solis naturæ viribus, esse supernaturalem, quamvis ejus objectum sit quid naturale, jam enim ostendimus & actum naturalem tendere posse in objectum supernaturale, & actum supernaturalem in naturale.

VII. Idem Fidei naturalis & supernaturalis credi potest.

Uterius ostenditur Fidem naturalem & supernaturalem circa idem objectum haberi posse, Deo namque aliquid revelanti credere nos Fide divinâ supernaturali posse nullus negat: posse etiam hoc Fide naturali fieri videtur manifestum, credere enim Deo nihil aliud est, quàm propter Dei auctoritatem imperare assensum, ac judicare rem ita se habere, hoc autem vires naturæ non excedit. Confirmatur: Si enim homines in purâ naturâ fuissent creati, potuisset Deus illis aliquid revelare, & illi Deo dicenti credere, cum & homini aliquid dicenti, naturaliter credamus, eoque facilis, quod ejus auctoritas est major, seu quod perfectiorem habet rerum cognitionem, majorisque probitatem, seu quod magis remotus est à voluntate fallendi; multò ergo magis credere naturaliter possumus Deo, cujus nimirum auctoritas est infinita, nec falli ullo modo aut fallere potest. Confirmatur secundò: Deus hominibus in purâ naturâ existentibus potuisset præceptum aliquid imponere, & ipsi acceptare, ad quod necessarium fuisset credere Deum id præcipere, eique hoc dicenti Fidem adhibere.

Hominibus in purâ naturâ creatis potuisset Deus aliquid revelare, & præcipere.

SECTIO TERTIA.

Declaratur ampliùs quo pacto non requiratur ut actus naturalis & supernaturalis semper differant ex parte objecti formalis.

QUARTO probatur actum naturalem frequenter idem omnino objectum habere cum actu supernaturali: Hæreticus siquidem, qui aliquos veros Fidei articulos credit, assensum iis præbet quia à Deo sunt revelati, & ex imperio voluntatis firmiter iis adhæret. Nec respondeas, quod à plerisque adversariorum responderi video, Hæreticum non ob divinam revelationem, sed ob alia quædam argumenta hisce articulis assentiri: Hoc, inquam, ne respondeas; primò enim, quæ tam valida ab hæretico, aut alio quocunque, solo naturæ lumine, humanique intellectus viribus excogitari argumenta possunt, quæ suadeant aperte dari Trinitatem, Incarnationem, & alia hujusmodi mysteria, quorum gloriâ & fulgore offuscatur & opprimitur humana, imò Anglica mens, & velut noctua caligat ad Solem.

Deinde tenacius multo & immobilius his Fidei mysteriis adhæret hæreticus, quàm ulla argumenta naturalia persuadeant, quod exinde aperte constat, paratus namque est veritates alias, quæ evidentiores ipsi longè clariorèscque videntur, negare quàm hæc mysteria esse à Deo revelata, quod indicio est, eum propter divinam revelationem hoc præstare; hæc enim sola tantam ei parere potest firmitatem: cum namque rationes, quæ contra Trinitatem ei occurrunt, multò illi validiores videantur ad hoc mysterium negandum, quàm sunt motiva credibilitatis ad illud credendum, cum etiam voluntas magis motivis hisce moralibus tantum ad hoc moveatur, quàm argumentis illis, quæ apparent evidentiâ, ad contrarium, signum manifestum est, ob divinam auctoritatem eum ad huic mysterio assentiendum induci, cum nullis apparentibus rationibus ab eo possit dimoveri. Tandem, ut alia minoris momenti omittam, communis est Theologorum sententia, Christum Dominum res omnes naturales hujus universi, non scientiâ tantum naturali, sed etiam supernaturali & infusâ cognovisse, ergo scientiâ naturalis & supernaturalis non semper distinguuntur ex parte objecti.

Quintò eadem veritas, non requiri scilicet in actu naturali & supernaturali diversitatem ex parte objecti, ostenditur in actibus voluntatis: Deus enim ut auctor naturæ, & ob beneficia creationis & conservationis amari secundum Theologos potest amore supernaturali, & tamen S. Thomas & alii circa hoc idem objectum affirmant dari posse amorem in substantiâ naturalem, qui tamen actus maximè inter se distinguuntur, & idem est de donatione elemosynæ, & similibus, ergo circa idem haberi potest actus naturalis & supernaturalis.

Obicitur primò à Patre Suarez lib. 2. de gratiâ, cap. II. S. Paulus ad Thesal. 1. cap. 2. ubi gratias agit Deo Apostolus quòd Thesalonicenses acceperunt Verbum Dei ut Verbum Dei, ergo ut affirmat Suarez, ipso facto quod acceptetur ut Verbum Dei, seu credatur ob auctoritatem divinam, aperte evincitur esse opus supernaturale, ex pe-

I. Hæreticus veros Fidei articulos credit, quia à Deo sunt revelati.

II. Tenacius longè his mysteriis adhæret hæreticus, quàm ulla persuadeant rationes humana.

Nulla excogitari causa potest tam firmi crederi hæc mysteria assensum præter divinam revelationem.

III. Exempli ab actibus voluntatis desumptis præbatur non esse necessariam diversitatem in objecto.

IV. Objicit. Apostolus agit gratias pro actibus Fidei Thesalonicensium.

ex peculiari scilicet Dei gratiâ factum, gratiasque pro illo esse Deo agendas, quod tamen factum non esset necessarium, si actum naturali acceptari posset ut Verbum Dei, & credi propter divinam auctoritatem.

V. Freqventer Deo agit gratias D. Paulus pro rebus merè naturalibus

Sed contra: Apostolus namque sæpè Deo gratias agit pro rebus merè naturalibus, ut pro beneficio creationis & conservationis. Sic etiam ad Corinth. I. cap. I. vers. 14. agit gratias Deo quòd neminem eorum baptizaverit, procul dubio tamen actu merè naturali habere quis potest voluntatem non baptizandi. Tandem dico, quamvis acceptare Fidem, seu credere propter auctoritatem divinam, non sit quid supernaturale ex objecto formali, meritò tamen agit Deo gratias Apostolus, quòd gratiâ suâ illis præsto fuerit, effeceritque ut actus doctrinam Evangelicam credendi, qui quantum ad objectum formale potuisset non esse supernaturalis, illius tamen benignitate & extraordinario concursu redditus fuerit supernaturalis, & sicut oportet ad salutem, & hoc sensu verbum illud acceperint ut verè Verbum Dei. Nec aliud intendunt Concilia dum dicunt ex eo quòd quis credat in Deum, Fidem evadere supernaturalem.

Qua sensu doctrinam illam ut verè Verbum Dei acceperint Corinthii.

VI. Actus à solis objectis specificationem suam non desumunt.

Objicitur secundo: juxta communem Philosophorum sententiam actus specificationem desumunt ab objectis, cum ergo actus naturalis & supernaturalis specie distinguantur, habeant necessario objecta specie distincta. Huic objectioni satisfactum est Sectione præcedente, præcipue numero quinto, ubi ostensum est non à solis objectis, sed aliunde etiam distinctionem suam & specificationem actus desumere.

VII. Nil verè objectum supernaturale attingi ab actu naturali.

Objicitur tertio: Objectum Fidei est quid supernaturale, ergo attingi nequit actu naturali. Sed contra: jam enim Sectione præcedente, numero quarto & sequentibus probavi posse actum naturalem attingere objectum supernaturale, idemque hæc Sectione ostendi numero primo, secundo, & tertio.

VIII. In hoc statu natura elevata omnes eliciunt actus supernaturales Fidei, si sint dispositi.

Objicitur quarto: Si circa objectum Fidei dari possit actus naturalis, ergo non possunt homines proposito Fidei objecto determinare se ad actum supernaturalem, sicque dum duo æqualiter conantur, alter actum supernaturalem eliciet, alter solummodo naturalem, aliud quippe nihil est in nostrâ potestate, quam cum tali intentione ad actum aliquem eliciendum conari, intentio autem, & si qua alia est hujusmodi circumstantia, actui tam naturali quam supernaturali est communis. Respondetur, in hoc statu natura elevata, cum semper habeamus auxilium Dei supernaturale paratum, homines, qui sunt dispositi, elicere actus Fidei supernaturales, sive simul eliciant naturales, ut multi volunt, sive non, sicque credere semper possunt sicut oportet, & operari suam salutem.

IX. Certitudo infallibilitatis actibus accedit ex principiis, à quibus eliciuntur.

Objicitur quinto: Si dari possit actus naturalis Fidei, qui feratur in veracitatem divinam, hic actus erit æque certus ac est actus supernaturalis, sicque habebit certitudinem quæ ad beatitudinem, seu salutem consequendam est necessaria. Respondetur, si sermo sit de certitudine objectivâ indubitatum esse, actum naturalem quo quis dicit Deus est verax, esse tam certum ex parte objecti, atque est actus supernaturalis, qui idem affirmat, cum idem utrobique sit objectum. Idem etiam contingere potest in certitudine adhesionis. Certitudine nihilominus infallibilitatis, actus naturalis multum cedit actui supernaturali.

R. P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. II.

turali, cum hic firmiter longè nitatur principii, ut fusè ostensum est supra, Disp. 9. per totam. Ad id, quod additur in fine objectionis, dico supernaturalitatem directe non esse necessariam ob certitudinem actus, sed quia debet esse in eodem ordine cum gratiâ & gloriâ, ut sit illarum meritorius, ut latè declaravi Tomo præcedente, Disp. 126. sect. octavâ. Nec de actu tantum Fidei, sed de omnibus omnino actibus meritoriis hoc est affirmandum, ut loco citato probavi.

Supernaturalitas actus non requiritur ob certitudinem, sed proportionem.

Objicitur sexto S. Thomas 2. 2. quæst. 5. a. 3. ubi dicit hæreticum, qui obstinate non vult credere unum Fidei articulum, nullum credere, sed de cæteris habere solummodo opinionem quandam secundum propriam voluntatem. Respondetur, solum velle sanctum Doctorem, hæreticum, qui unum Fidei articulum pertinaciter negat, reliquos non credere Fide divinâ, seu supernaturali, & omnino certâ ac infallibili; cum enim, ut ibidem ait, Ecclesiam, quæ nobis ut credendi regula à Deo proponitur, relinquat, non jam prudenter, ut orthodoxi, sed temerè & ex propria voluntate & judicio credit. Ideo autem actum illum, quo hæreticus reliquos Fidei articulos credit, vocat sanctus Doctor opinionem, quia relicta firmamento veritatis Ecclesiæ, incerto & fallibili modo procedit, infinitisque erroribus obnoxio.

X. Non negat S. Thomas dari posse Fidem naturalem circa divinam veracitatem.

SECTIO QUARTA.

Ostenditur actum Fidei divinæ esse in substantiâ supernaturalem.

QUAMVIS itaque, ut duabus Sectionibus præcedentibus vidimus, circa idem objectum formale dari possit actus Fidei tam naturalis, quam supernaturalis, sicque ex hoc capite, quòd scilicet ubi objectum est supernaturale, actus etiam debeat esse supernaturalis; non rectè probetur supernaturalitas actus Fidei, aliunde tamen ostendi potest actum Fidei divinæ debere esse in substantiâ supernaturalem.

I. Firmiores adduci debent rationes pro supernaturalitate actus Fidei.

Probatur itaque primò: Scriptura enim, Concilia & Patres ad actum Fidei divinæ, seu ad credendum sicut oportet ad salutem consequendam, requirunt speciale aliquod auxilium supra omnes naturæ vires, quod, ut verbis utar Divi Augustini lib. de Gratiâ Christi cap. 7. & sequentibus, Deus occultâ, mirabili, atque ineffabili potestate cordibus nostris infundit: neque ad hoc sufficere aiunt gratiam legis & doctrinæ, sed singularem in super internam vim ac virtutem necessariam esse docent, quâ Christus velut vitis in palmites, & caput in membra infuit. Sic Joannis 6. vers. 29. dicit Christus: Hoc est opus Dei ut credatis. Deinde vers. 44. ab eodem Christo dicitur: Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Sic etiam ad Ephesios 2. vers. 8. habetur: Gratia estis salvati per Fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est. Item 2. ad Corinth. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, &c. Et 1. ad Corinth. 12. vers. 3. Nemo potest dicere Dominus JESVS, nisi in Spiritu Sancto: idemque aliis Scripturæ locis facile ostendi potest.

II. Scripturæ, Concilia, & Patres docent actum Fidei divinæ esse in substantiâ supernaturalem.

Fides divina in Scripturis posita videtur speciale donum Dei.

Eadem veritas, Fidem nimirum esse in substantiâ supernaturalem, apertè traditur in Conciliis & Patribus, ut tomo præcedente, in materia

III. Conciliorum & Patrum de

TOM. II. de Fidei, aliorumq; actuum supernaturalitate pronuntiata.

de gratiâ universim de omnibus actibus supernaturalibus ostendi. Sic in Concilio Milevitano cap. 4. utrumque dicitur esse donum Dei, & scire quid agere debeamus, & diligere, ut faciamus. Idem docet Concilium Tridentinum sess. 6. can. 3. ubi definitur, neminem sine praveniente Spiritu Sancti inspiratione, ejuq; adiutorio, credere, sperare, diligere, aut penitere posse sicut oportet: quod etiam tradit idem Concilium cap. 5. 6. & 12. Hoc etiam multo antè definiverat Concilium Araul. secundum cap. 6. & sequentibus. In hujus insuper doctrinæ confirmatione multi sunt Sancti Patres, Cælestinus & Innocentius Pontifices, item S. Augustinus, S. Prosper, & S. Fulgentius, dum contra Pelagium ejusque reliquias de naturâ & necessitate gratiæ disputant, ut in primo Tomo fusè dictum est.

IV. Non propter rerum credendarum difficultatem auxilium spectabile requiritur Patres.

Respondent aliqui, Patres & Concilia, peculiare illud adiutorium, non ob actuum Fidei supernaturalitatem requirere, sed ob difficultatem, quæ in rebus credendis reperitur. Contra primò; res enim credendæ sæpenumero sunt faciles, & tales, ut vel homini eas dicenti assensum haud difficultè præbeamus, ergo à fortiori circa easdem credere possumus Deo. Contra secundò; absque quædam, & contra omnem rationem, hominum suavis & eloquentiâ credunt hæretici, ut non dari in hominibus liberum arbitrium, mandata Dei esse servatu impossibilia, quibus nihil dici potest stolidius. Si, inquam, ad hæc, & his similia, quæ cum lumine naturali apertè pugnant, credenda induci fictis quibusdam rationibus possunt homines, quidni vera Fidei mysteria credere actui naturali poterunt. Actus ergo ad quem Concilia & Patres gratiam prævenientem, & peculiare illud adiutorium requirunt, est ejusmodi, ut nullius, quantumvis facundi hominis eloquentiâ & suavis eliceret eum quisquam per se possit, sed omnes omnino artis ac naturæ vires excedit.

Fuisti hæreticorum rationibus multi sapè ad falsam amplectenda dogmata pertrahuntur.

V. Ob difficultatem in credendo præsidium non requiritur peculiare auxilium.

Nec etiam oritur hæc difficultas ex parte modi credendi; vel enim hic modus est quod Fides sit obscura, hinc tamen provenire nequit tanta difficultas, cum & Fides, qua homo homini credit, sit obscura, & nihilominus homines passim sibi invicem Fidem adhibent: vel oritur difficultas ex firmitate, quæ in actibus Fidei circa articulos credendos est necessaria; hoc tamen dici nequit, hæretici namque tam firmiter suis erroribus adherent, quàm orthodoxi adherent veritati. Ad credendum itaque sicut oportet, seu ad salutem consequendam, debet actus Fidei esse altioris ordinis ad omnem actum in substantiâ naturalem, quique in entitate proportionem habeat cum gratiâ & gloriâ, ut sit earum meritorius, gloriam autem esse in substantiâ supernaturalem ostendi Tomo præcedente, Disp. 14. dum de lumine gloriæ. Plures ad hoc argumentum responsiones rejeci supra, Sectione primâ, dum impugnavi supernaturalitatem quoad modum.

Actus Fidei meritorius, esse debet ejusdem ordinis cum gratiâ & gloriâ.

SECTIO QUINTA.

Ex eo quòd dentur habitus supernaturales, probatur existere actus supernaturales.

I. Ex habitibus supernaturalibus

VLTERIUS etiam ostenditur actum Fidei divinæ esse in substantiâ supernaturalem: dantur siquidem habitus supernaturales Fidei,

Spei, & Charitatis ad actus harum virtutum eliciendos peculiariter à Deo infusi, ergo hi actus sunt in substantiâ supernaturales, nisi enim haberent prædicatum aliquod excedens omnes naturæ vires, principia hujusmodi supernaturalia non postulerent, nec habitus hujusmodi operativi, quique sunt per modum potentia, & dant simpliciter posse, sicut habitus naturales posse faciliè, ad eorum productionem infunderentur.

Antecedens itaque, quòd scilicet detur habitus supernaturalis ad actus Fidei divinæ eliciendos à Deo infusus, quamvis aliqui id negent, tantum nihilominus pro illius existentia est in Conciliis fundamentum, ut varii Theologi, inter quos est P. Hurtado hic, Disp. 62. §. 4. affirmat hoc si non gravi notâ negari non posse. Lugo verò hic, Disp. 9. sect. 3. num. 41. Fide certum esse docet dari in adultis justificatis donum Fidei infusæ, seu principium supernaturale permanens, actuum Fidei divinæ elicitivum, sive hoc donum vocandum sit habitus, sive non; fortassis enim, inquit, necdum est definitum, hoc donum esse habitum. Idem docet Curiel. 2. q. 110. art. 2. & alii. Vega etiam lib. 7. in Tridentinum, cap. 24. qui Concilio interfuit, ubi retulisset sententiam asserentem adultis in justificatione præter gratiam habitalem infundi dona, seu virtutes, Fidem nimirum, &c. subjungit: *Usum est huic sanctæ Synodo (Tridentinæ) acceptare sententiam istam, & asserenti oppositum anathema indicere: intellexit enim hanc esse communem Ecclesiæ Fidem; tametsi non sub nomine habituum.*

II. Autoritas probatur dari habitum supernaturalem Fidei, per se à Deo infusum.

Multi asserunt appellandum esse donum Fidei, non habitum.

Ut verò rem hanc enucleatius evolvam; tria à nonnullis circa certitudinem Fidei de existentia horum, sive donorum sive habituum tempora distinguuntur. Sotus itaque lib. 2. de gratiâ, cap. 18. & 19. cum aliis affirmat, ante Concilium Viennense sub Clemente V. non solum non fuisse de Fide, vel ab Ecclesiâ definitum dari hæc dona, virtutes, aut habitus Fidei, &c. sed nec ita constanter in hanc sententiam illius temporis Theologos conspirasse. Hinc, inquit, Innocentius III. cap. *Majores* de Baptismo asserere videtur hoc inter Theologos suo tempore valdè fuisse incertum, ideòque illud cum noluisse definire. Secundum tempus statuunt à Concilio Viennensi inclusive usque ad Tridentinum; in hoc namque Concilio aiunt definitum esse tanquam probabilius hujusmodi virtutes seu habitus infundi. Tertium tandem tempus est jam post Concilium Tridentinum; quòd, inquit, quamvis expressius hæc de re pronunciaverit, quàm Concilia antecedentia, negant tamen, etiam post illud, esse de Fide dari hujusmodi habitus infusos: foret nihilominus ingentissima, inquit Sotus, temeritas eos negare.

III. Tria à quibusdam circa certitudinem horum, vel donorum, vel habituum tempora distinguuntur.

Dicunt nonnulli, nec ante nec post Concilium Viennense fuisse de Fide dari hujusmodi dona, seu virtutes.

His tamen non obstantibus dicendum, Fide certum esse nobis in justificatione infundi habitum, seu virtutem, & donum aliquod permanens Fidei infusæ. Hoc probatur primò ex illo primæ ad Corinthios 13. vers. 13 ubi docet Apostolus Fidem nunc, seu in hac vitâ manere, excidere verò in futurâ: hoc autem clarum videtur, non de actu Fidei intelligendum esse, sed de habitu, actus siquidem non semper in hac vitâ manet, quando enim dormimus, actum Fidei non elicimus, cum tamen etiam tunc sumus fideles, ergo hæc denominatio non ab actu desumitur, sed ab habitu, qui in nobis etiam dormientibus manet, & animam informat. Dices, etiam in dormienti-

IV. Fide certum est nobis in justificatione habitum, seu principium permanens Fidei infusæ, conferri.

Locus iſte
Apoſtoli-
cè nullo
modo poteſt
de Fide
aſſerri.

dormientibus dici poteſt manere actus Fidei, non quidem phyſicè, ſed moraliter, ex eo nimirum quòd quis immediatè ante ſomnum actum Fidei elicerit. Sed contra: Sic namque ſi juſtus quiſpiam immediatè ante mortem actum Fidei eliceret, dici ſimiliter poſſet manere Fides in patriâ in animâ illâ, quæ hunc actum Fidei elicerat. Alia ergo Fides eſt, quam dicit Apoſtolus in hac vitâ, ſeu viâ manere, non in patriâ.

V.
De Concilio
Tridentino
eſſenditur
dari habi-
tus, ſeu do-
na perma-
nentia Fidei,
Spei, & Cha-
ritatis.

Probatur ſecundò ex Concilio Tridentino, in quo planè definitum videtur dona hæc permanentia Fidei, Spei, & Charitatis in juſtificatione ſimul cum gratiâ nobis infundi. Seſſ. ergo 6. cap. 7. poſtquam diſpoſitiones, quæ juſtificationem antecedunt, & inter eas actum Fidei & Spei enumeraveſſet, ſic ſubjungit: *Hanc diſpoſitionem, & præparationem juſtificatione ipſa confequitur, qua non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed ſanctificatio etiam, & renovatio interioris hominis per ſuſceptionem gratiæ & donorum: per hæc autem dona non intelligit Fidem & Spem actualem, cum dona iſta, ut ait Concilium, diſtinguantur à præparatione, utpote quam confequitur, præparatio autem, ut vidimus, includebat actus Fidei & Spei, ergo hæc dona intelligi debent aliquod permanentes, & à Fidei & Spei actibus diſtinctum.* Clariùs adhuc poſtea loquitur Concilium eodem capite his verbis: *Vnde in ipſâ juſtificatione cum remiſſione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per IESUM CHRISTUM, cui inferitur, Fidem, Spem, & Charitatem: ſicque declarat quænam fuerint illa dona, quæ in juſtificatione ſupra dixerat infundi.*

Aliud Con-
cilium Tri-
dentini teſtimonium
pro
habitu, ſeu
dona perma-
nente Fidei.

VI.
Amiſſâ ju-
ſtificationis
gratiâ, non
ſemper ami-
tuntur Fides.

Tandem idem Concilium Seſſ. 6. can. 28. definit per quocumque peccatum mortale amitti gratiam juſtificationis, non verò Fidem, ſed hæc deſtrui per ſolam infidelitatem, ergo admittit verum donum permanentis Fidei, ſeu habitum ſupernaturalem, amiſſâ per peccatum gratiâ, adhuc perſiſtente; ſi enim eſſet naturalis, quamvis per unicum actum Fidei non nihil minueretur, ut aliis habitibus naturalibus contingit, qui paulatim per actus contrarios corrumpuntur, non tamen totus Fidei habitus per unum actum infidelitatis deperderetur, ut docet Concilium loco citato, & cap. 15. ejuſdem Seſſionis ſextæ.

Habitus na-
turales non
ſimul toti
deſtruntur.

VII.
Si habitus
Fidei eſſet
naturalis,
daret facili-
tatem in
operando.

Præterea, ſi hic habitus Fidei non ſit in ſubſtantiâ ſupernaturalis, ſeu per ſe infuſus, ſed naturalis tantum, & infuſus per accidens, ejuſdem erit naturæ & indolis cum aliis habitibus naturalibus, ſicque dabit facilitatem, inſtar aliorum habituum naturalium, quod tamen eſt contra omnem experientiam, puer etenim qui in baptiſmo infuſum accepit habitum Fidei, ubi ad rationis uſum pervenit, nullam majorem propterea ſentit in credendo facilitatem, quam ſi baptiſmum non ſuſcepſiſſet. Deinde hæreticus, qui annis aliquot hæreticorum dogmata ſecutus varios actus erroneos eliciſſet; hic inquam, ad Eccleſiam poſtea rediens, & in juſtificatione ſimul cum gratiâ Fidem ſibi infuſam accipiens, ſummam adhuc inclinationem ad errores priſtinos in ſe experitur, ergo habitus Fidei quem modo recipit, non eſt naturalis; hi enim habitus & facilitatem tribuunt ad ſuos actus, & inclinationem tollunt ad contrarios, quod non faciunt habitus ſupernaturales.

Hæreticus
converſus
ſummam
adhuc in-
clinationem
ſentit ad pri-
ſtinos erro-
res.

VIII.
Cum ad
actus ſuper-
naturales
ſufficiat au-
xiium ex-

Dantur ergo habitus ſupernaturales Fidei, Spei, &c. ad actus prout oportet, ſeu ad ſalutem conſequendam neceſſarios eliciendum. Quamvis enim vel per auxilium ſupernaturale extrinſecum, vel intrinſecum tranſiens elici huiſmodi actus

R. P. Comptoni Theol. Scholaſt. Tom. II.

poſſunt, connaturaliùs tamen eliciuntur per principium intrinſecum, idque permanens, actus quippe vitales poſtulant connaturaliter principium intrinſecum, cumque hi habitus, ut dixi, ſint potentiæ in ordine ſupernaturali, ſicut intellectus & voluntas in ordine naturali, connaturaliùs videtur, ut ſint quid permanens ſicut hæc potentiæ naturales. Habitus verò infuſi morales ideo non manent in peccatore, amiſſâ gratiâ, quia gratiam ſupponunt ut radicem, vel phyſicam, ut multi volunt, vel moralem; unde cum peccator per offenſam gravem ipſos demeruerit, Deus illos aufert, & ſicut non niſi aliquo præcedente merito eos primò infundit, ita ſine aliquo merito eos denuo non vult reſtituere. Habitus verò Fidei & Spei ideo in peccatore, habitibus aliis deſtructis, Deus conſervat, quia eorum actus ſunt totius ædificii ſpiritalis ſupernaturalis fundamentum. Sed de hiſ omnibus fuſius dictum eſt Tomo præcedente, dum de gratiâ, & habitibus ſupernaturalibus, tam Theologicis, quam infuſis.

trinſecum,
cur inſun-
dantur hæ-
bitus.

Quare in
peccatore
non remo-
nent hæ-
bitus infuſi
morales.

Ad illud quod ſupra, num. 3. afferebatur ex Concilio Vienneniſi, & Innocentio tertio cap. *Majores De baptiſmo & ejus effectu: licet concederemus rem hæc eo tempore non fuiſſe definitam, poſtea tamen definiti potuit, imo ut oſtendi num. 5. & 6. definita eſt in Concilio Tridentino ſeſſ. 6. variis locis.* Deinde dico, quamvis circa parvulos tempore Innocentii tertii controverſum inter Theologos fuerit, Utrum iis in baptiſmo infunderentur hæc dona, ſeu virtutes, & in Concilio Vienneniſi definitum ſit tantummodo ut probabilius parvulis juxta ac adultis ea infundi, quoad adultos tamen nullum fuit dubium, quin iis infunderentur: imo Concilium aperte ſupponit ut indubitatum dona hæc & virtutes in juſtificatione ſemper infundi adultis, ſolumque definitum eſt à Concilio eſſe probabilius ea quoque infundi parvulis, ſicut infunduntur adultis, tota enim controverſia, ut dixi, illic erat circa parvulos, de quibus agebatur in Concilio, an ſcilicet in baptiſmo dona illa permanentia reciperent, ſicut illa recipiunt in juſtificatione adultis; qua in re partem affirmativam amplexum eſt Concilium ut probabiliorum, & Patrum ac Theologorum dictis magis conformem.

IX.
Habitum
ſupernatu-
ralium in-
fuſionem non
obſtat quod
aſſertur ex
Concilio
Vienneniſi,
& Innocen-
tione tertio.

Contra Ver-
ſa in Con-
cilio Vienneniſi
ſi tantum
erat circa
parvulos,
non circa
adultos.

SECTIO SEXTA.

Quid de ſpeciebus, ad ſupernaturalem Fidei actum requiſitis ſentiendum.

QUÆRES, Utrum ſicut habitus, qui ex parte potentiæ ad actum Fidei divinæ concurrir, eſt ſupernaturalis, ita etiam ſpecies, quæ loco objecti eundem actum efficiunt, debeant eſſe in ſubſtantiâ ſupernaturales. Affirmat P. Granada hic, tractatu 13. Diſp. 7. idem docet Hurtado in præſenti, Diſp. 58. Sect. 4. §. 36. & alii nonnulli, qui ſpecies hæc ſupernaturales unâ cum ipſo habitu ſupernaturali Fidei infundi aiunt, & unâ cum illo deſtrui. Quam firmæ ſint rationes, quibus ad hoc probandum nituntur, poſtea videbimus.

I.
Affirmant
nonnulli
ſpecies ad
actum Fidei
concurrere,
debeo
eſſe in ſub-
ſtantiâ ſu-
pernaturali.

Secunda, eaque probabilior ſententia negat ad actum Fidei ſupernaturalem neceſſarias eſſe ſupernaturales ſpecies, ſed ad actum illum Fidei eliciendum

II.
Ad actum
Fidei ſuffi-
ciunt ſpe-



TOM. II.

elic in substantia naturalis.

elicendum sufficere ait species in substantia naturalis: ita Bannez 1. parte, quest 88. artic. 3. Suarez lib. 2. de Attributis, cap. 15. n. 9. Vasquez Tomo 1. in 1. partem, Disp. 43. cap. 5. num. 15. Ripalda Tomo 1. de ente supernaturali, Disp. 54. Coninek Disp. 16. dub. 2. num. 13. Turrianus hic, Disp. 38. dub. 5. & alii.

III. *Ostenditur ad actum Fidei supernaturalem non requiri species supernaturales.*

Ratio est: In confesso enim est apud omnes dari objectorum Fidei species naturales, sed hæc ad actum Fidei supernaturalem elicendum suffiunt, ergo species supernaturales ad hunc finem sunt superflue: minor probatur, species siquidem naturales suffiunt ad actum Fidei naturalem, ergo & ad supernaturalem, cum enim, ut supra ostensum est, solum differant hi actus ratione formalitatis supernaturalitatis, & ad hanc detur in causâ completâ principium sufficiens, nempe habitus, non est cur aliud requiratur, magis quam cur ad formalitatem vitalitatis requiratur aliud principium præter intellectum. In actu ergo supernaturali Fidei, præter generales formalitates entis, &c. tres peculiariter quoad rem præsentem reperiuntur formalitates, *vitalitas, representatio, & supernaturalitas*, ad quas, seu ad actum ex illis compactum requiritur & sufficit triplex virtus in causâ completâ, intellectus ad vitalitatem, species ad representationem, & habitus ad supernaturalitatem, tribuendo nimirum formaliter singula singulis; realiter enim omnes tres causæ ad formalitates singulas concurrunt.

Tribus formalitatibus in actu, triplex in causâ adæquata respondet virtus.

IV. *Sicut intellectus elevari potest per auxilium extrinsecum, ita & species naturales per habitum.*

Probatur conclusio secundò: Intellectus namque ad elicendum actum supernaturalem elevari juxta communem sententiam Theologorum potest per auxilium extrinsecum, ergo & species naturales ad actum Fidei supernaturalem producendum elevari possunt per habitum Fidei, quamvis sit speciebus extrinsecus. Ratio est; elevare siquidem, aliud nihil est, quam in rei alienius productione supplere id quod alteri causæ ob debilitatem & ordinis inferioritatem deest, ut in præfenti potest contingere; quod enim speciebus, ordinis naturalis cum sint, in productione actus supernaturalis deest, supplet habitus supernaturalis. Res hæc exemplo naturali declarari aliquo modo potest: statuatur pondus ut centum, puer, qui habet vires solum ut tria, tres tantum illius partes seu gradus, & non totum pondus elevare potest; accedat vir aliquis robustus, quique habet vires ut centum, puer ille simul cum hoc viro totum illud pondus jam levabit, & ad hoc dici potest à viro illo elevatus. Idem ergo dici in præfenti potest, & multo magis proprie de speciebus & habitu respectu actus supernaturalis.

Exemplo à naturalibus desumptores hæc aliquâ ratione illustrantur.

V. *Causa hæc species produciens non est necessarius supernaturalis.*

Objicies primò: Causa supernaturalis producit effectum supernaturalem, sed causâ hæc species produciens, nempe revelatio, est supernaturalis, ergo, &c. Respondetur causam specierum non esse ut plurimum supernaturalem, objectorum siquidem Fidei, & ipsius etiam revelationis species producuntur à vocibus eorum, qui res Fidei primò proponunt, hæc autem voces sunt quid merè naturale, ut constat. Deinde, etiamsi revelatio esset supernaturalis, speciem tamen sui abstractivam (de hac enim solâ loquimur in præfenti) producere posset in intellectu, nec species alia quam naturalis hic requiritur, ut ostensum est, qualem, omnes harum rerum nos habere affirmant.

VI.

Objicies secundò: Quando causa aliqua elevatur ad effectum sibi improporionatum, con-

naturalius est ut elevetur per aliquid sibi intrinsecum, & non per aliud principium extrinsecum, ergo ad actum Fidei supernaturalem, ut connaturaliter procedamus, vel assignare debemus species in substantia naturalis, vel si sint naturales, elevari debent per aliquid sibi intrinsecum, & non per habitum Fidei ipsi extrinsecum. Respondetur, quando aliunde in causâ totali & adæquatâ datur virtus sufficiens ad effectum, ut hic in intellectu instructo habitu Fidei dari ostendimus ad actum Fidei supernaturalem, non connaturalius esset, sed planè superfluum, ut species sint supernaturales, vel ut naturales eleventur per aliquid ipsi intrinsecum. Sicut in exemplo numero quarto allato, frustra planè & superflue puero illi adderentur vires intrinsecæ, dum adest vir robustus, qui sufficienter eum juvare possit, ad pondus illud ut centum elevandum. Unde si species essent supernaturales, non improbabiler fortè loqueretur qui diceret; non requiri habitum infusum ad actum supernaturalem Fidei, sed posse intellectum per has species ad actum supernaturalem elevari, cum ad effectum supernaturalem sufficiat in causâ completâ unum principium supernaturale. Quamvis de visione beatâ peculiaris hæc in re sit difficultas.

Dicitur: connaturalis est ut species eleventur intrinsecè.

Respondet hic: & nunc species non esse connaturalem elevationem intrinsecam.

Objicies tertio: Species, etiam de objectis naturalibus in scientiâ Christi infusâ, sunt supernaturales, ergo & species in nobis ad actum supernaturalem Fidei debent esse supernaturales. Respondetur, si species illæ sint supernaturales, quod tamen multi negant, non est propter existentiam actus supernaturalis præcisè, sed ad ornatum majorem intellectus, seu animæ Christi, cui propter summam dignitatem & excellentiam optima quæque & præstantissima debentur.

VII. *Quare species adjectionem infusam Christi sunt supernaturales.*

Objicies quarto: Actus clarus, seu intuitivus rei supernaturalis postulat species supernaturales illius, idem ergo est de actu obscuro & abstractivo. Negatur tamen consequentia; actus namque clarus & intuitivus rei supernaturalis per proprias species haberi debet, & objecto proportionatus, adeoque supernaturales: actus verò obscurus de re supernaturali, qualis est omnis actus Fidei, per species abstractivas haberi potest, sicque nulla hic necessitas specierum supernaturalium.

VIII. *Quamvis actus clarus de objecto supernaturali sit supernaturalis, non tamen actus obscurus.*

Objicies quinto: Habitus & species esse debent in eodem ordine, utpote quæ unum simul constant principium, actus supernaturalis Fidei productivum. Respondetur negando antecedens, unum enim principium supernaturale, ut diximus, sufficit ad actum illum supernaturalem producendum, cum in causâ adæquatâ reperiatur virtus, omnibus formalitatibus effectus respondens, ac proinde supernaturalitas in specie esset superflua. Quod si species objecti materialis, quæ unâ cum intellectu possibili actum aliquem spirituales producit, sit spiritualis, & hæc in parte proportionem servet cum intellectu, ejusdemque cum eo sit ordinis, hoc non præcisè ratione productionis actus spiritualis contingit, cum, ut Tomo præcedente, Disp. 74. Sect. 4. dum de speciebus Angelicis, ostendi, objectum materiale non speciem tantum spirituales sui simul cum intellectu agente, sed actum etiam spirituales cum intellectu possibili immediatè producere queat: Ratio ergo desumitur, non ex parte objecti seu effectus, sed subjecti, quod nimirum in subjecto purè spirituali species materialis adæquatè subjectari non possit.

IX. *Non est necessarium ut species & habitus sint semper in eodem ordine.*

Quare species objecti materialis produciens simul cum intellectu actum spirituales, sit spiritualis.

Objicies

X. Ad conclusionem su- pernaturalis non sem- per requiritur ut ultra que præmissa sit supernaturalis.

Objicies sextò: Ut eliciatur conclusio super- naturalis requiruntur duæ præmissæ supernatu- rales, ergo etiam ad actum Fidei supernaturalem; seu tale iudicium requiritur & habitus & species supernaturalis. Respondetur negando antee- dens; plurimi enim docent ad conclusionem Theologicam supernaturalem sufficere unum actum Fidei supernaturalem, quamvis altera præ- missa sit merè naturalis, principium scilicet ali- quod lumine naturæ notum. Circa supernatu- raltatem harum specierum nonnulla subjungetur in fine Sectionis sequentis.

SECTIO SEPTIMA.

Reliqua ad actus Fidei supernatura- litatem cognoscendam requisita

I. Sine iudici- um prædi- cum de cre- ditabilitate credenda su- pernaturalis.

QUÆRES primò, Utrum iudicium prædi- cum de credibilitate mysterii, quod credendum proponitur, seu quo quis iudicat illud Fide divinâ esse credibile, & quo voluntas proxime movetur ad applicandum prudenter intello- ctum ad assensum firmissimum circa objectum il- lud eliciendum ob auctoritatem divinam, sit su- pernaturale. P. Coninck Disp. 13. de actibus, dub. 3. vult hoc iudicium esse in substantiâ natu- rale, & supernaturale tantum quoad modum, quod nimirum objectum materiale, circa quod versatur, sit supernaturale, & non nisi per reve- lationem divinam cognosci possit.

II. Iudicium hoc credi- litatis est in substantiâ supernatu- rale.

Probabilius tamen est quod affirmat Suarez hic, Disp. 4. Sect. 6. & communis sententia Theologorum, hoc scilicet iudicium esse in sub- stantiâ supernaturale. Ratio est, nam ut Tomò præcedente, in materiâ de gratiâ ostendi, actus naturalis intellectus non potest immediatè inten- tionaliter excitare ad actum supernaturalem vol- untatis propter improportionem, quæ non mi- nor est in hoc genere inter actum naturalem & supernaturalem, quam inter materialem, seu sensitivum, & actum voluntatis, seu spiri- tualem.

III. Iudicium hoc prædi- cum est ipsa gratia præ- veniens, quam exi- gunt Patres.

Deinde Concilia & Patres, ut ibidem ostendimus, gratiam excitantem, seu prævenientem supernaturalem requirunt ad actum Fidei sicut oportet, seu supernaturalem, gratia autem hæc nihil aliud ut plurimum est, nisi ipsissimus hic actus, seu iudicium practicum de credibilitate rei, quæ credenda proponitur; hoc enim per modum cogitationis sanctæ, qualis revera est, vol- untatem allicit ad imperandum intellectui, ut actum Fidei circa objectum eliciat. Aliud est de iis actibus, qui remotè tantum ad actum su- pernaturalem concurrunt. Sicut tamen; ut su- præ diximus, dari potest actus naturalis Fidei cir- ca hoc ipsum objectum, ita & dari potest natu- rale iudicium practicum credibilitatis ad eum proximè disponens.

Daricium potest iudici- um prædi- cum credi- litatis natu- rale.

IV. Actus quo voluntas imperat as- sensum su- pernatu- ralem Fidei est supernatu- ralis.

Quæres secundo: Utrum actus, quo volun- tas imperat intellectui, ut actum Fidei supernatu- ralem eliciat, sit etiam supernaturalis. Com- munis Theologorum sententia est affirmativa. Ratio est eadem, quæ proximè assignata est pro imperio illo practico, seu iudicio de credibilitate rei, quæ credenda proponitur, immediatè enim movet & excitat ad actum supernaturalem. Confirmatur: Actus Fidei, ut Disputatione se-

quente videbimus, est liber & meritorius, sed non aliunde libertatem & rationem meritorii hau- rit, quam ab hac volitione, ergo hæc volitio de- bet esse meritoria, & consequenter supernatu- ralis; nihil enim, quod supernaturale non est, potest gratiam & gloriam mereri, ut Tomò præ- cedente in tractatu de gratiâ fuscè est declaratum; & ut communis habet Theologorum sententia, nullus actus naturalis, saltem nisi ab actu super- naturali imperetur, potest esse meritorius: imò, ut Tomò præcedente, Disp. 126. Sect. 8. ostendi, probabilius est nullum omnino actum natu- ralem, etiam ab actu supernaturali imperatum, esse meritorium. Sed etsi hoc concederemus, Fides tamen aliunde in substantiâ esse debet su- pernaturalis, quia nimirum immediatè excitat ad actus supernaturales & meritorios voluntatis, ad quod in actibus Fidei requiritur supernatu- ralitas.

Hoc ostendi- tur ex ra- tione meri- torii in actibus Fidei reper- ta.

Nullus om- nino actus naturalis potest esse meritorius.

Specialia ra- tio cur Fides debet esse supernatu- ralis.

Dices: Fides; ut sæpè ex Conciliis & Patri- bus diximus, est fundamentum totius ædificii su- pernaturalis, & quid in hoc statu rerum ad om- nem actum meritorium requisitum; malè ergo actum illum; quo voluntas pro suâ in intellectum potestatem imperat actum Fidei, dicimus esse me- ritorium. Negatur tamen consequentia: Con- cilia siquidem & Patres solum volunt Fidem esse radicem & principium omnis actus liberi & me- ritorii præter ipsum actum fidei; hic autem, ut jam diximus, ut sit liber & meritorius includit actum illum liberum, seu imperium supernatu- rale voluntatis, quod proinde non antecedit actum Fidei in ratione liberi & meritorii, sed eum talem constituit, unumque cum ipso inte- grat actum meritorium.

V. Voluntas meri- toria imperat actum Fidei non impedit quo minus Fides sit radix actuum om- nium meri- toriorum.

Quæres tertio, ad quod principium spectet iudicium illud evidens credibilitatis, de quo n. 1. 2. & 3. dictum est. Caietanus & alii dicere viden- tur practicum hoc iudicium ad ipsum habitum Fidei spectare tanquam principium elicivum sui. Sed contra; habitus enim Fidei pro objecto suo adæquato habet revelationem divinam, & in il- lam per actus obscuros fertur; iudicium autem hoc evidens non recumbit in divinâ auctoritate & revelatione, sed in mediis evidentibus, ex qui- bus per discursum elicitur: cum ergo modum tendendi habeat diversissimum, aliudque obje- ctum formale ab actu Fidei, non potest ab habi- tu Fidei procedere.

VI. Iudicium evidens de credibilitate mysterii Fidei non elicitur ab habi- tu Fidei.

Dices: Iudicium hoc credibilitatis, ut supra asseruimus, est supernaturale, ergo procedere debet à Fide, Fides namque, ut sæpè diximus, est totius ædificii supernaturalis fundamentum, quàm proinde Tridentinum Sess. 6. cap. 8. vocat omnis justificationis radicem; nihil ergo, ha- bituale saltem, seu permanent, Fidem antecedere debet, & animam informare. Respondetur, ut supra, num. 5. dixi de volitione, nihil in eo esse incommodi, quòd motus aliquis plus aut cogi- tatio supernaturalis ad Fidem disponens, Fidem antecedit; hoc enim expressè docet Concilium Tridentinum Sess. 6. cap. 5. his verbis: *Declarat præterea, ipsius justificationis exordium in adultis à Dei per Christum IESVM præveniente gratiâ su- mendum esse, &c.* Neque propterea quidquam derogatur Fidei, quo minus absolute & simplici- ter ab illâ tanquam à basi & fundamento sumatur initium justificationis, per modum scilicet radi- cis liberæ & meritorie, qualis est actus Fidei sicut oportet: gratia autem præveniens, seu cogi- tatio illa sancta & inspiratio est quid indelibe-

VII. Quòd plus aliquis motus, aut cogi- tatio san- cta præcedat Fidem, ad hanc dispo- nens, nullum est inconveni- ens.

À gratiâ præveniente; juxta Tri- dentinum sumitur ju- stificationis initium.



Tom. II.

ratum, nec ad aliud ordinatur nisi ad excitandum & movendum hominem ad actum Fidei supernaturalis producendum. Unde unum idemque cum Fide facere censetur, & non actus ab actu Fidei distinctus.

VIII. *A quo principio hoc iudicium credibilitatis eliciatur.*

Ad hoc porro iudicium eliciendum nullus habitus, aut principium permanens est in animâ statuendum, sed Deus auxilium semper intrinsecum fluens immittit, sicut docent plurimi infundi à Deo dona Spiritus Sancti, donum scilicet Intellectus, Consilii, Prudentiæ, &c. ad quæ hoc iudicium non immeritò à quibusdam reducitur. Sed quicquid sit de hoc, prima cogitatio, per quam ad operandum supernaturaliter excitamur, non ab habitu, seu principio permanente, ut dixi, sed ab auxilio fluente intrinseco procedit. De principio productivo piæ affectionis, seu volitionis credendi, aliisque ad eam spectantibus dicitur postea.

IX. *Ad iudicium credibilitatis supernaturalis suffi- ciunt species naturales.*

Jam verò circa hoc iudicium credibilitatis notandum, sicut ad actum Fidei supernaturalem suffi- ciunt species naturales cum habitu Fidei eas ele- vante, ita in præfenti quamvis, ut dixi, istud iudicium sit supernaturale, ad ejus tamen produ- ctionem suffiunt similiter species naturales, ab objectis desumptæ, & à prædicatione illius, qui motiva credibilitatis proponit: hæc autem species ad actum illum supernaturalem elevantur per auxi- lium illud fluens, seu transiens intrinsecum, sicut species actus Fidei per habitum Fidei.

X. *Ab actu Fidei naturali produ- citur species memo- rativa simp- liciter natu- ralis, su- pernatu- ralis secun- dum quid.*

Peculiaris verò hoc loco circa species oritur quæstio, Utrum scilicet, quamvis, ut Sect. one præcedente diximus, species ad actum Fidei su- pernaturalem eliciendum necessariae sint in sub- stantiâ naturales, quæritur inquam, an hic actus supernaturalis Fidei vim habeat producendi spe- cies memorativas sui supernaturales, per quas homo illum actum producens, ipsius postea re- cordetur. Respondetur species memorativas ab actibus Fidei supernaturalibus productas, & relictas in animâ, esse simpliciter naturales, su- pernaturales tamen secundum quid.

XI. *Ostenditur species hanc memorati- vam esse simpliciter naturalem.*

Ratio primæ partis est; cum enim, quantum- vis actus quispiam sit supernaturalis, debeatur nihilominus intellectui reflexa illius cognitio, seu recordatio, videntur species illius esse natu- rales, & non minùs connaturaliter debite intel- lectui, quam actus ipse, per quem illius recor- damur, cui enim debetur actus, debetur etiam principium illius productivum. Quod verò actus memorativus, seu recordatio actus Fidei debeat

connaturaliter homini, qui actum illum Fi- dei elicit, & consequenter species recordationis illius productivæ, ex eo ulterius ostenditur; crea- tura quippe intellectualis, ex se & naturâ suâ intrinsecè postulat, ut habeat recordationem suo- rum actuum, & consequenter species hæc me- morativas, ut hoc modo, dum operationes om- nes suas habet perfectas, easque mente revolvit pro libito, rationem de iis reddere possit, seque ex hac cognitione actuum præteritorum, melius circa futuros, velut ex quadam ideâ & modulo gubernare.

Ratio postea ulterius de- claratur à priori.

Secunda conclusionis pars, quòd nimirum hæc species memorativæ, esto in substantiâ naturales, sint nihilominus supernaturales secundum quid, clarè ostenditur, non enim haberi possunt hæc species nisi aliquo supernaturali vel miraculo præ- supposito, sicque licet in se sint naturales, quoad modum nihilominus sunt supernaturales. Sicut recordatio, quam modo habent damnati de acti- bus supernaturalibus à se in viâ, dum in gratiâ essent elicitis, est quoad substantiam naturalis, ipsisque debita, supponit tamen operationes su- pernaturales, sicque secundum quid, seu quoad modum est supernaturalis. Idem est de cogni- tione, quam Angeli habuerunt de vino per con- versionem ex aquâ factò, de mortuis à Christo resuscitatis, & aliis hujusmodi operibus, naturæ vires excedentibus.

XII. *Explicatur quo pacto hæc species memo- rativa sint super- naturales secundum quid.*

Exempla varia ope- rationum secundum quid super- naturalium.

Idem quoad utramque partem dicendum exi- stimo de speciebus objecta actuum Fidei repræ- sentantibus, esse scilicet eas naturales simpliciter, supernaturales secundum quid. Primum constat, sicut enim, ut supra dixi, species ad primum su- pernaturalem actum Fidei, per quem objecta su- pernaturalia repræsentantur, sunt naturales, ita etiam sequentes species, & memorativæ erunt natu- rales, cum æquè objecta illa, etiam superna- turalia repræsentare effectivè possint, ac primum actum Fidei supernaturalem efficiendo, eadem ab initio repræsentabant. Species etiam hæc natu- rales paulatim intenduntur, & objecta illa clari- us & clarius repræsentant in suo genere, hoc est effectivè, clariore scilicet & clariore actus Fidei hæc objecta formaliter repræsentantes pro- ducendo; species namque impressa, ut in Philo- sophiâ declaratum est, non alio modo objectum repræsentat, quam producendo expressam. Ex his ergo inferitur ad objecta illa repræsentanda nisi opus esset speciebus supernaturalibus.

XIII. *Species, ob- jecta etiam superna- ralis actuum Fidei repræ- sentantes sunt natu- rales.*

Naturales hæc species paulatim intenduntur, & clariore Fidei actus produciunt.

